

**Disputatio inauguralis medica de vesiculis seminalibus mulierum ... /  
[Johann Christian Schubert].**

**Contributors**

Schubert, Johann Christian.  
Henrici, Heinrich, active 1697-1713.  
Universität Halle-Wittenberg.

**Publication/Creation**

Hallae Magdeburgicae : Typis Christoph. Andreae Zeitleri, [1712]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jd4ef8ce>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



DISPUTATIO INAUGURALIS MEDICA  
DE  
**VESICULIS  
SEMINALIBUS  
MULIERUM,**

Quam  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA  
*ORATIONE AMPLISSIMÆ FACULTATIS  
MEDICÆ CONSENSU  
PRO-PRAESIDE  
NOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO DNO.*

**HEINRICO HEINRICI,**  
Med. D. P. P. E.

PRO GRADU DOCTORALI  
ADMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS PRIVILEGIIS  
AC INSIGNIBUS MORE MAJORUM LEGITIME  
AC RITE CONSEQUENDIS

*IN AUDITORIO MAJORI*  
Ann. MDCCXII. d. Febr. horis ante & pomeridianis  
Publico ac placido Eruditorum examini subicit

**JOHAN. CHRISTIAN. SCHUBERT,**  
Zittavia-Lufatus.

---

HALLÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS CHRISTOPH. ANDREAE ZEITLERI, ACAD. TYP.



DISTICTATO INALIGUALIS MEDICA

DE

# VESTIGULIS FEMINABILIBUS MULLIERUM.

Quam

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

UNIVERSITATE FACULTATIS

MEDICAE CONSENSU

PROFESSORE

NOTISSIMO EXPERIMENTISSIMO DOCTO

HENRICO HEINRICH

Med. D. P. P. E.

PRO GRADU DOCTORALI

AD OBTINENDUM HONORIS PRIVILEGIUM

AC INSIGNIBUS MORE MAJORUM LEGITIME

AC RITE CONSEQUENDIS

IN ABBATIA MAJORA

MDCCLXII. A. Febr. hirsanic & pomeridians

Publ. co ac placido spirituum exam. habuit

JAN. CHRISTIAN. SCHUBERT

Nitavia-I. natus.

HALLER ANDERBACH

CHRISTOPH. ANDREAS ZEITLER, ACADEM.





DISPUTATIONIS INAUGURALIS  
de  
**VESICULIS MULIERUM SE-**  
**MINALIBUS**

**PROEMIUM**

de dubia generationis negotii explicatione.



Generationem hominis, non loci solum, in quo contingit, sed & rationum, quibus explicari præsumitur, tenebris involutam & cognitu obscuram esse, nemo facile negaverit, qui occultum hoc naturæ miraculum attento, libero tamen, nec fabellis inescato, meditari animo: Sunt equidem, quibus tantum non omnia, sed naturæ operum cognitionem pertinentia, recentiorum curiosis speculationibus luci, meridiano sole clari, exposita videntur esse; sed qua veritate, imo, qua vel probabilitate, nolo jam indagare longius; multa omniterisimilitudine carent, plurima probabilitate dubia uctuant, pauca demum certitudine sua persuadent, tantum abest, ut ex tenebris in lucem protracta credantur omnia, quæ ad generationis negotium spectare observantur; quorum pleraque *mirari* potius convenit, quam



perverso, literarum non minus quam mentis, ordine rimari.

2. Corpus humanum, modo mirando & imperscrutabili, progenerari tamen à parentibus, nemo est, qui serio ambigere queat, si cuncta iusta lance perpendantur de anima verò, an & hæc ex parentibus, & si hoc concedatur, an ex uno, vel utrisque parentum, per traducem quasi, ut loqui amant, propagetur, aut, an per novam Dei creationem, corpori formato infundatur, quantis non dubiis, Physicorum æque ac Theologorum, agitata & controversa est quæstio? quamvis pro traducibus plures, si bene conferantur, rationes militent, quibus tamen prosequendis, brevitatis causa supersedemus.

3. Materiam generationis pro corpore in ovulistericulis mulieris contineri, quæ probabilior Græffii est sententia, unanimi consensu Eruditum hucusque; verò visum fuit consonum; hodie in dubium tamen vocatur penuper ad inventum, circa cervicem uteri, novum, quod dicitur ovula ovarium, quoque, tum hujus, tum illius ovarii, an materiam rudem & informem, an potius primam foetus stammina, cum prima nutritionis, (qua ulteriorem formationem solummodo fieri contendunt) materia, intra se contineant? controvertitur; licet, quam perspicillius in hujus rei testimonium adhibitis, fidem tribuam credulam, fragilem admodum esse ac multis modis labefactatam, facile concedamus.

4. Causa efficiens, seu principium generationis Deus num sit, an natura, æque dubitatur, ac, si naturæ hoc munus deferendum sit, quodnam id ejus esse debeat cum aliis solus particularum activiorum motus, per fecunditatem seminis inductus, nutritioni perficienti sufficere videatur; aliis spiritus quidam genitalis  
pla



placuerit, aliis denique anima humana, eaque vel maris, uterum gerentis, vel foetui propria, infusa, aut, si navis, transfusa ex anima parentis, cujus illa vel particula vel radius dicitur: tandem, cujuscunque demum naturæ principium illud generationis fit, quod parentes conferunt vel traducunt, an a mare solum, an a foemina simul, aut ab utrisque promiscue, (jam ab hac, jam ab illo, sub utriusque generali concursu) proficiscatur, de quo non omnibus eadem est opinio.

5. Quid de modo generationis dicam? (namque & in hujus tenebras penetrare voluit animus sciendi cupidus) is in genere & summatim, vel per immutationem quandam materiæ informis, vel per hujus, quoad antenus in ovulis jamjam in speciem foetus efformatæ, solam nutritionem super inductam, vel, quæ veterior plerorumque est sententia, per utranque simul contingere videtur; in specie vero modus, quo cuncta fiunt & perficiuntur, sub æternis naturæ tenebris obscuratus latitabit, quicquid etiam fabularum, quibus levis capiuntur animi, afferatur à plurimis,

6. Quæ cum ita sint, nemo nobis vitio dabit, si, quæ de usu novi ovarii medico proferre in animo habemus, veritati luculentissimæ non adeo consentire videbuntur, ut extra omnem dubitationis aleam posita quæ sunt, & statim apparent; sed sufficiet, de rebus obscuris & controversis cum aliqua probabilitate sententiam dicere, cum aliis de rebus longe abstrusioribus quicquid fingendi plena concedatur, vel certe sumatur, licentia, quæ, in moribus seculi posita, tantum non laudi ducitur; profitemur tamen animum ab istis moribus perversis penitus alienum & abhorrescantem, atque spondemus, nihil nos per præcipitantiam fictioni datu-



ros, nihil etiam veritati rei, in facto, per autoritatis præjudicium antiquatum, derogaturos.

7. Namque sicuti dies diem docet, quod in proverbio est, sicuti multa, veterum, ætatibus incognita, recentiorum diligentia, etiam circa generationis negotium, in lucem protraxit, de quo Græffio suus semper honor constabit; ita & nuper ad inventum novum si dictum ovarium quibusdam controversis modo allegatis dubiis vexatis & quæstionibus aliquos lucis radios affundere nobis videtur probabile, saltem illis, quæ de semine fæminarum, quod penitus negaverat Græffius olim, hodieque a quibusdam, in utramque partem agitatae fuerunt.

8. Quare, quid nobis de dicto novo ovario, & ejus usu, verosimile videatur, libere, salvo tamen aliorum judicio, & ita proponemus, ut primo veritatem ejus anatomicam quadantenus corroboremus, deinde usum physiologicum, denique & pathologicum, pro vitiis & morbis quibusdam declarandis, eruamus, saltem probabilitate sua penitus non destitutum, licebit autem nobis quod statim sub initio præfamur, bona cum pace aliorum dissentire de usu & natura hætenus isti ovario designatis.

## CAP. I. ANATOMICUM.

### De novi ovarii certitudine.

#### I.

**S**ub nomine novi ovarii intelliguntur, quod notum est, vesiculæ, circa & post internum uteri orificium in cervice ejus sitæ, atque maximum partem intra substantiam ejus demersæ, quadantenus tamen, plerumque, prominentes, liquore spermatico repletæ &c; hæc



## MULIERUM SEMINALIBUS.

inere generationis materiam, imprægnari, ac fædari à virili semine, indeque turgescere liberari impedibus, prorumpere ex ergastulis, tandem in unum devolutas prima fætui formando rudimentaamina præbere, recentior est opinio.

2. Id in probatis, omniumque consensione dudum patis, numeratur, quod animalium, hominisque generatio in & ex ovulo procedat; ovula vero, quæ in principio fætus continerent, ex testiculis, intra miniscavitatem ad uteri latera positis, (loquor de ovine) fœcundata prius, per tubas Falloppianas in unum deferri, atque in hoc per constitutum novem mensem tempus foveri, augeri, indeque formari fœtum, aliis ad eum pertinentibus, hæc Græffii & recentiorum tantum non omnium, experimentis quampluribus confirmata, hætenus fuit sententia, ut ab hac diffidere temerarium videre poterat.

3. Nihilominus, ex quo tempore iteratis observatus vesiculæ, feminali liquore turgidæ, circa cervicem uteri muliebris, detectæ fuerunt, istis in testicularum dudum observatis perquam similes, diu in, quid & cui sint usui, dubitatum, tandem vero deum ac designatum ipsis est officium, quod testiculo-ovula hucusque sustinuerant, rationibus non paucis superinductis, quibus evincere adnissum fuit, refertam uteri cervicem majori probabilitate ovaribus defungi, hinc & novi ovarii titulo insigniuit ille locus istis vesiculis confitus.

4. Sunt aliqui, sed certe frustra sunt, qui veri rei anatomicam sollicitant, aut in dubium vocant partim negando universitatem, quod non in ovario conspicitur (de impuberibus concesserim) par-



tim naturalitatem infringendo, quod non nisi ad modum hydatidum, præter naturam subinde repertarum eveniant, atque considerandæ sint. Quo jure pro tabus venditentur, nostrum jam non est altius perquirere, ocularis certe inspectio rem extrajustam dubitationem posuit, ad quam provocamus, sed peritam, cautam & attentam.

5. Si autoritatibus quid concedendum est, (estem in observationibus) sufficiat ipsum Græffium contra se ipsum allegasse in veritatis testimonium, siquidem & is vesiculas cervicis uterinæ, feminali liquore turgidas, quas novi ovarii ovula hodie dicimus, suo jam tempore observavit, uti & ductulos quosdam materiam pituitoso serosam reddentes, licet cum vesiculis connexos non deprehenderit; sed, quod animo præoccupato cerneret, & cum sua de generatione concepta pothesi non adeo convenire crederet, pro hydatidibus habuit, licet suis terminis, peculiaribus membranis, cumscriptas observasset singulas, quod hydatidum rarum generationi non respondet; hæ enim, quæque in parte appareant, aquam inter cutem (vel intunicam) particularem repræsentant, sub communipellis, vel cute, vel tunica, colliguntur, & attolluntur, suis peculiaribus, eam in gratiam formatis, membranalis, includuntur; quod longe secus se habet cum vesiculis illis in cervice uteri reperiundis, quas, si foris in constitutione uteri hydropica contingat, copiosis humoribus turgescere & attolli, pro hydatidibus habere æque non convenit, ac illas testiculorum muliebrium vesiculas, ex abundanti humore collecto præter naturam turgidas; tales, socio inter se ac in eodem testiculo, tumore, ad pugni magnitudinem excrevisse, ob-



tionum testimonio constat, minus vero sub hydati-  
m nomine venire consueverunt.

6. Diligentius easdem circa cervicem uteri fitas,  
m ductibus sat capacibus, seminali liquore spermati-  
corum simili, repletas, contentumque liquorem per  
amina sua, sub pressione, eructantes, observavit No-  
sius in Zodiac. Med. Gall. Ortlobius, Lipsiensis nuper,  
n Beatus, in Hist. Part. & Oecon. Anim. Dissert. xxxiv.  
entionem earum iniecit, & Berlius dans les Nouvel-  
Decouvertes, idemque Litrius dans les memoires  
l' Academie Royale des Sciences, suis testimoniis  
nprobarunt; Mortagni in adversariis Anatom. prio-  
n testimoniis, suisque observationibus, existentiam  
rum vesicularum, abunde confirmavit: vidit enim  
um plurimas, circa cervicem uteri hærentes, ductu-  
ex uteri substantia accedentibus, instructas, hasque  
dictas exhibuit. Denique D. D. Nabot. P. P. in alma  
lurea Extr. rerumque Anatomicarum peritissimus,  
em honoris causa appello, propria industria & dex-  
tate Anatomica detexit, accuratius examinavit, &  
to usui destinavit, nihil ab illis monitus, quod facile  
itiæ & dexteritati Ejus largior.

7. Tandem, cum & ego Præses, in rei testimo-  
m postuler, quid mihi circa vesiculas istas feminales  
ervatum sit, pro veritate ac certitudine earum ana-  
mica adstruenda, brevibus addere non refragabor:  
ntus jam agitur annus ni fallor, cum mulieris qua-  
genariæ Anatomia publica apud nos adornaretur;  
novum ovarium inquisituri, non solum vesiculas  
matico liquore plenas, plus minus eminentes vari-  
sed & hydatides (res inter se distinctissimas) nobis  
c observare licuit; Illarum unam alteramque paulo



maiores ex substantia cervicis uteri, cui ad duas teras fere immerse latebant omnino, sollicita sectione ruere allaborans, cum fere totæ, pisi magnitudine exæquantes, detectæ essent, ductulis exiguis, intra cervicis carnem porrectis, instructas deprehendi; ductulum talem, unde accederet visurus, cultello prosequens levi sectione fortuita, non adeo procul ab insertione jus in vesiculam, læseram, & ecce, vulnuscule vix intro, effluebat inde, & ex vesicula contigua, ilico liquor spermatis virili, qua substantiam simillimus, qua color rem parum flavescens, vesicula concidebat, flatu tamen nullo negotio per ductulum læsum admissio, attollebatur, quoties insufflabatur.

8. Temporis angustia, & ductulorum exilitas, curatam, quam merebantur quamque commensuram inquisitionem curiosiorem non concedebant; eadem cum festinandi necessitate, impedimento quoque fuerunt, quo minus diligentius perscrutari & prosequi ductulos licuerit, ubi eosdem vesiculis connexos altera tertiamque vice sub tumultuaria sectione videre licuit, quod interim affirmo, ac testor; redit autem, dum hæc scribo, in memoriam Postelli observatio in Actis Eruditorum Lipsiæ, Anni MDCXXLVI. Mens. Maj. sub finem relata, quâ facile induci quis posset, ut credat, ductulos inter testiculos mulieribus ad vesiculas hos feminales derivari: vidit enim Postellus modo laudatus, in muliere dum viveret, admodum salaci, juxta testiculos, vasa quædam deferentia, quæ vocat, paulo abhinc inferius cervicem uteri subeuntia, specilio tamen, quantumvis tenui impervia, (circa initia nempe, ubi & vasa virorum deferentia sunt arctissima, ac prope vesiculas feminales multum ampliantur, ut stilum omnino admittant:)



tamen jam definitio, cum mihi jam sufficiat, vesicula-  
m veritatem anatomicam ex mea quoque parte com-  
obasse.

## CAP. II. PHYSIOLOGICUM,

### De verosimili usu novi ovarii.

#### I.

Usum vesiculis his circa cervicem uteri sitis, & sub no-  
mine novi ovarii venientibus, designando, præter  
tum omnes ambigunt, nec certi quid definiunt; ipse  
tam Morgagni, tum quid sint, an glandulæ, an hydati-  
s, tum quem in usum fecernant mucum, num pro re-  
fendendo semine virili, an pro utero ab aeris irruptione  
fendendo, reliquit in dubio: Primus cum honoris de-  
i præfamine nobis jam ante laudatus D. D. Nabet,  
ii vesiculis sæpe dictis novi ovarii nomen indidit, iis-  
em & veteris ovarii usum & officium tribuit, non sine  
tione persuasus, quod hæ vera sint ovula, quæ impræ-  
ata, turgescendo prorumpentia, inque uterum dela-  
genuinam foetui formando materiem præbeant, quam  
testiculorum ovulis contineri hætenus credide-  
nt.

2. Huic sententiæ contradicitur ab aliis, multisque  
tionibus tum refellendi causa arguantur, tum confir-  
ationem ejus uberiores sollicitandi ergo dissensum  
ositentur; nos, neque dissentendi libidine, neque  
ontradicendi pruritu, quorum causas & mores procul  
abemus, sed ex solo veritatis studio (verisimilitudine  
iam contento circa res phycas, ubi certitudo deficit)  
fentiendi libertate, mentem nostram de novi ovarii  
u interponemus & explicabimus, ad propositum il-  
m libere quoque transaturi, ubi firmis argumentis, quæ



parata forsan sunt, superatae aut subversae erunt contentiones rationes; quarum tamen, immersionem profundam, Græffio itidem contrariam, foetus tubicinos (occuratiorem Mauriceau relationem admodum dubia, et aliaque levioris momenti dubia, parum labefactare sententiam propositam, sponte concedimus, neque tan huic per alia scrupulosius conquistata litem movere, animo est.

3. Pro nostra autem opinione quadantenus sufficiens allegamus unicum experimentum Nuckianum, quo, per ligaturam, sinistro cornu uterino canis, testis a congressu die, injectam, factamque, vigesimo abhinc primo, sectionem, compertum est, supra ligaturam biuisse foetus caninos, formari ceptos, infra nullos; hinc vero descensum ovulorum ex testiculis constare auctoritatem, & tacite quasi indicari, quod vesiculis istis aliquid usus sit constituendus; accedunt signa huius non obscura ex eo, quod ductulis seminalibus, quos videmus, cum utero connexae haec vesiculæ, ac foramen nullis pertusæ, sub levi pressione collectum humor exstillant, quem ovula conservare, & intra se cogere deberent; neque enim ova volatilium, a quibus adtransumpta similitudo est, quicquam liquoris, ullo modo emittunt, sed densis tunicis crustisque conclusum custodiunt.

4. Dum hæc, & quæ Excell. D. Stahlus in Philosoph. 496. ad quaestionem: an a mare an a foemina activum generationis principium dependeat, differens suis momentis certe non poenitendis expendimus, vesiculas has foeminarum, seminalium vesicularum velut alium, vices sustinere, sive, ut clarius rem eloquamur, spermaticum liquorem quendam, probabiliter activum



quoque, alibi præparatum, & per ductulos suos; nobis  
isque viros eo delatum continere, in coeundi tempo-  
ad servare, inde vero, in cœstrum concitatis, turgescen-  
foran & contractione vesicularum ac cervicis ute-  
ræ, per foraminula, quibus pertusæ observatæ sunt,  
conceptionis perfectionem, reddi & excerni &c. hunc,  
quam, usum in fæminis præstare easdem, a probabili  
tione alienum non esse judicamus & præ occupando  
supponimus.

6. Pro quo tamen usu rite constituendo, binæ nobis  
quæstiones præjudicatæ sunt expediendæ, primo, num  
minæ præter materiale testiculorum semen, quod  
vis ab omnibus conceditur, aliud quoque, activum, ob-  
tinerint; & deinde, an tale quid, sub coitu, fœcundo in-  
timis, præter liquorem istum, genitalia humectantem,  
rili semini affundant? utrumque enim a Græffio &  
statoribus ejus pernegatur, contradicentibus licet hinc  
de quamplurimis, fœminisque suum etiam semen acti-  
am, quo ad conceptionem concurrant, adferentibus, ut  
assim apud Autores videre est.

7. Equidem nec ipse Græffius negavit, fæminas  
quorem quendam spermaticum per genitalia redde-  
; attamen verum semen illum esse & activum, hoc est  
quod negavit contra receptam hypothesein, ex qua  
trumque fœminis concedebatur, ita quidem, ut suum  
men cum voluptate & satietate venerea sub finem  
coitus, fœcundi præcipue, affundere, & sic concipere  
icerentur illæ. Hippocrates l. de Genitura, hanc quo-  
ue fœminam emittere (in uterum aut foras,) asserit,  
& si quidem appetat, *ὄργα*, viro misceri, prius quam vi-  
um emittere, & de cetero non similiter delectari. Ejus-  
em sententiæ Galenum fuisse constat ex libr. ejus II.



de semine; fuerunt & Arabes ejus opinionis, & Patrum memoria omnes, non nisi de & activitate & usu feminis faenei quadantenus dissidentes, quantum memoria non possumus repetere. Dimidio autem seculi abhinc per servationes Hornii, Græffiique labefactari cœpit & corrigi quoque generationis theoria, ex quo tempore Græfiana doctrina invaluit, notior, quam ut commemoraream opus sit; feminis autem non aliud semen, quam materiale illud in ovulis contentum, concedit, verum nempe; quam enim humiditatem feminalem mulier in coitu emittere negare non poterant istius doctrinæ Autores, hanc non conceptionis, sed cohabitationis cilitandæ ergo excerni statuerunt; id igitur agendum nobis erit, ut probabili minimum argumento evincamus, feminas ad conceptionem vero quodam semine concurrere; erimus tamen breviores.

8. Indicia hujus opinionis non obscura nobis afferunt pollutiones nocturnæ, feminis quandoque eodem, & viris modo, accidentes, Hippocrati l. de int. aff. Galeni l. de semine, Sennerto aliisque observatæ, ac de semine piofo, æstuoso, aut per solam imaginationem in cœstris concitato, testimonium suppeditantes, sicuti enim ne Cerere & Bacho friget Venus, ita & hæc ab illis intata, potissimum in & per verum semen solet furere; cenditur nempe per id imaginatio, & hæc non in alio æque liquorem ac feminalem impetum suum dirigitur; detur sane amoris feminarum infani (liceat vocabulo paulo latius uti) distinctio differentia, in melancholicam, istericam & furorem uterinum, causalis, præcipue in consistere, quod illa præcipue imaginationi, per affectum amoris specialem turbatæ; hæc vero magis femini,



opiam vel æstum quemcunque sub generali æstro venereo saviēti, originem debeat.

9. Alterum argumentum nonnullis præbent male motæ mulieres, corpore quæstum facientes; quas meretricias artes edoctas, ne concipiant, ejectionem sui feminis prohibere causantur; quod si verum est, affirmant autem, facile inde liqueret veri feminis muliebris concursus ad conceptionis perfectionem; hoc autem, nemine contradicente, verissimum est, quod uti non omnis congressus, ita nec omne conjugium sit fœcundum, ambobus conjugatorum in se non sterilibus, sed forsan ob temperamento-um diversitatem contrariam, vel similitudinem intemperum eandem, ex mente Galeni in Comment. ad 5. aph. in hoc conjugio infœcundis: quæ quomodo in comprobationem feminis mulierum conspirent, ex §. 2. cap. 3. riolari licebit.

10. Tertio loco allegari meretur fluor albus seminalis, salacioribus, virginibus succi plenis viduisque continentibus, familiaris, quem cum simplici virorum gonorrhœa comparare solent ideo, quod iste hujus symptomatiss fit comitatus, debilitate videlicet virium, pallore & exuvatione corporis, ejusque habitu cachectico, sterilitatem succedente, aliisque malis inde evenientibus, si pia ac diuturnitate ingravescat excretio; quamvis non hanc excessivam, quam moderatam, & cum simplici gonorrhœa virili magis convenientem, in argumenti stri comprobationem adferamus, ut hæsitandi occasio rescindatur illis, qui fluorem album hunc in certas suas classes non solum secundum gradus sed & secundum causas distinguunt, & cum veteribus pro rato certoque habent, fluxum muliebrem contingere jam ex toto, non ex sola parte, utero nempe, quod ipsis facile



possumus concedere, citra præjudicium argumenti nostri.

11. Accedunt denique in ejus confirmationem deliria & affectus spastici & convulsivi, in utroque sexu quaque evenientes, & producti a semine diutius retento, que tandem in vasa redundante, cujus rei & effectio Excellentiss. D. Stahlius Autor est gravissimus in Physiologia pag. 359. ista autem vitia, deliria & convulsiva hujusmodi, cum feminas æque ac viros prehendere soleat, confirmam, sub iisdem circumstantiis, utrisque communem rem male docere videntur, semen nempe in vasa resorptum & humoribus redditum, motuum atque idearum turbulentum; Confer, si quid ad dubitas, historiam à Rolfinco in Ord. & Meth. Med. Comment. p. 1019. de virgine Nobili quæ, epilepsia hysterica ex semine tentata, in matrimonium data, sanissima vixit, relatam uberius.

12. Ex altera parte, semen hoc muliebre activum quodque esse, (licet in se, sine virili, minus fecundum) id Excellentiss. D. Stahlius, quem denuo debiti honoris causa appellamus, indicibus non obscuris in Physiologia pag. 496. indicavit, videlicet ex generatione, diversarum specierum, mixta, ut mulorum, quin etiam quadantenus canum, qui patrem matremque, ut figura, sic indole, referunt, accedit hipparchorum specialior observatio de sexu hybridarum, speciem semper nobiliorem exprimente, ita, si asinus equæ commisceatur, mula, si equus asinæ, mula inde nascatur; itemque peculiaris plane observatio de eo quod equa, quæ ab asini congressu mulam peperit, si proximo post anno ab equo concipiat, equinum quidem primum, ore tamen asinino, aut coxis asininis insignitum, nascitur. Quæ quomodo in dictam, de activo foeminarum semine opinionem conspirent, longius jam non persequimur.



13. Et quamvis hæc a phantasia matris, in foetus animam, a solo patre fatam, efficaciam, dependere dici possit, siquidem & in brutis imaginationis adventitiæ expressiones in foetu observatæ sunt, & ipsi vidimus canem ægnantem, in urso defixam obtutu hærentem diutius, istea catulos exclusisse, urfi figuram notabiliter referentibus; quæ sane opinionem de activo fœminarum semine in dubio tenent; Attamen cum liceat in re dubia, de qua in dubio libili certitudine concludere non possumus, eam pro-tematis partem amplecti, quæ majori probabilitate arridet; hanc vero de affirmativa colligere queamus ex eo, quod non solum in humana specie sexus, similitudo corporis, imo etiam animi morumque, sequi soleat illum è parentibus, qui cum majori intentione, & sensuali intensio- cohabitaverit; sed etiam certæ quædam anomalie formationis in foetu notentur, quæ alteri parentum propria sunt; cujus rei historiam Excell. D. Stahlius plane notabilem refert l. c. de fœmina, quæ pedibus anserinis innata similem confirmationem filio suo impressit; ideo, item probabiliter, concludemus: feminis quoque ad- e principium generationis activum,

14. Maximam sententiæ huic crucem figunt ova substantanea, sine prævia adspersione feminis gallinacei, ad illud excludendum inepta; sed res ad nostram mentem in expedito esse videtur per ante jam indigitatam differentiam activi & fœcundi feminis differentiam; tribuit illina ovis, quæ ponit, non solum materiale generationis incipium, sed & activum quoddam, licet in se, sine gallinæ mine, minus fœcundum. Conveniunt in eo cum vegetabilium seminibus, quæ & materiale & activum aliquod generationis principium, (hoc quippe testionem v. g. agendum) continent; sed, sicuti grana terræ gremio com-



commiffa, non nifi per activitatem & motum caloris laris aut fubterranei aut utriusque, & aquofitatis, fœc dantur; ita & femina fœminarum in fe activa licet non tamen, nifi per virile femen, in actum fœcundit deducuntur in utero, ut fœtui prognerando apta evad Semen virile ex omnium confenfu activum eft, & mam traducit in fœtum, fed non nifi cum fæminec mine, quacunque demum ratione, mixtum fœcundum ci poteft: Sic enim a natura inftitutum eft in fpecie fui fimile generantibus, quæ fexus diverfitate notantur binæ cauſæ focia concurrant in opere generationis fu piendo & efficiendo.

15. Sed deficiunt ejusmodi veficulæ, quas femir dicimus, in brutis? respondemus; num deficiant, fub j celis eft; forſan diligentius inquitæ non funt, atque datidum credulitas multis imponere potuit, qui eas in brutis viderunt; namque fub earum perfuaſione e in utero humano præterviſæ, aut certe non rite per ctæ ac diftinctæ fuerunt diutiffime, adeo, ut nuper mum pro ſingularibus, & ab hydatidibus diverſis, ve lis cognitæ, in Anatomicorum notitiam pervenerint. ſpes deficeret, ut & in brutis ſi non veficulæ, attahis analogum quid tandem detegatur, cum dudum v rint Autores in vaccis v. g. quo tempore œſtro ven agitantur, magnam ſpermatici liquoris copiam, ean juxta cervium uteri; quam noſtræ veficulæ occupant. rentem, ſecernere.

16. Et ſi vel maxime deficerent in brutis, nihi men humanis inde derogari poſſet. Habent enim ta ſtata ſua, aut certa ſane generationis tempora, qu liquor ſpermaticus alibi præparatus, & ad uteri cervi per quacunqve vias, delatus, vel quoque in ipſius c



glandulosa parte secretus & transfudans per porosi-  
n ejus, eo tempore, quo imprægnari volunt, exeer-  
ut præsto jam sit, nec incitari & affundi per coi-  
debeat, quo nomine non eadem, in brutis fæmellis  
e in humanis, necessitas colligendi in vesiculas &  
rvandi semen, subesse videtur; hominem enim,  
n quovis tempore ad generationem proclivem &  
lem esse voluit Creator, ut quovis tempore fœcun-  
esse posset, vesiculis ejusmodi seminalibus, semen in  
svis temporis usum asservantibus, opus habuisse,  
male dixerimus.

17. Juxta hæc frustra est Græffius, qui, quam liquo-  
permatici affusionem sub coitu factam negare non  
rat, eandem tamen non nisi ad hunc facilitandum  
omnem perfvadere voluit, contra mulierum testi-  
ium apud Galen. l. i. de Sem. quæ de conceptione  
ontanti Galeno responderunt: se quendam, circa  
um, motum percipere, ut qui veluti vellatur, & pau-  
n in se ipsum retrahatur, ubi semen concipiant;  
pe sub finem coitus, quando suum sperma affun-  
t, de quo consentiunt veterum Medicorum fere o-  
s, quorum testimonia proferre longius foret, & a  
ro brevitatis studio alienum, quare nec ea repete-  
quæ §. 7. diximus de emissionis voluptate & satie-  
venerea; id saltem hîc monebimus, quod post Græf-  
empora humoris, genitalia humectantis, alios fontes  
xerint Anatomici, juxta externum uteri orificium  
rvatis, de quibus videantur illi, in primis supra no-  
audatus Morgagni in Adversariis Anatomicis.

18. Tandem igitur ex his omnibus, tum observa-  
ibus, tum rationibus hucusque allegatis, verisimiliter  
bit inferre, quod vesiculæ, circa cervicem uteri repe-  
riun.



riundæ sint spermaticæ, aut seminis fæminei, probabiliter activi quoque, receptacula; hoc, pro fœcunda impugnatione una cum virili semine concurrens, undeque, recipientia, asservantia, & sub congressu per feminula (ceteris paribus) eructantia, ut semina utriusque parentis eodem, aut non adeo distincto, tempore emissâ, proximam conceptionis, veramque generationis causam constituent; quod saltem corollarii loco adducimus; Neque enim instituti nostri ratio id jam posulat, ut, quomodo ista semina activa per concursum unum fœcunda evadant, aut conceptio contingat, hoc explicemus, maxime cum modos rerum declarare, ubi, arduum sit, nec ultra probabilitatem aliquam, si obtemperare exegeris, procedat, quam tamen pro nostro concipiendi modo adumbrare, & ad discursum disputatorium problematicæ, (quis enim talia certo definiret?) proponere non refragabimur.

19. Quo autem in loco, qua in parte hoc, activum muliebre semen præparetur aut secernatur, an in uteri substantia, quam circa cervicem ideo glandulosam esse volunt, an in testiculis, quod Postalli observatio vas deferentibus, supra cap. 2. §. 8. allegata persuadere videtur? id nondum determinare ausim, sed futuræ sententiæ illorum commendatum & reservatum sit, quibus licet per otium & occasionem, quibusve placet animi curiositatem, res physicas altius perquirere. Atterum cum Græffio consentio de spermate materia ex quo corpusculum fœtus effingitur, videlicet, quod illud nullum sit aliud, quam quod in ovulis testiculorum continetur.



## CAP. III. PATHOLOGICUM

De morbis mulierum ex semine.

## I.

Quem usum habere videantur vesiculæ istæ seminales, hætenus vidimus; quæ vitia, quosque morbos cum contento liquore spermatico, sustineant, ve efficiant, indagandum restat, ut ad utilitatem medicam pro-  
us reducatur nostra hæc novi ovarii consideratio, ac  
e physica potius, quam medica, dicenda veniat; erimus  
men breviores, & quæ occurrent vitia, saltem in gene-  
ac summam recensere, visuri, an & hæc in com-  
robationem designati vesicularum usus conspirent, aut  
sibi aliquid lucis inde queant trahere.

2. Sterilitas in morbis quidem recensetur, sed non  
semper morbosa est, siquidem non raro vel sanissimi  
conjugium sterile ducunt, quod tamen temporis tractu,  
ut permutatione quadam ejus facta, fecundum eva-  
t. Causam infœcunditatis hujus Veteres conjicie-  
ant in utriusque parentis seminum improprietatem, ex  
temperamentorum ratione petitam, licet certo non de-  
niendam; & in eorundem, tempore aliquo distin-  
tam, ejaculationem, mixtioni utriusque contrariam.  
Quomodo temperamenta sterilitatem inducant, ad men-  
em veterum longius declarat Galenus in Comm. ad 5.  
ph. 62. ubi & ex Platone refert, hoc præcipuum fuisse mu-  
us obstetricum: apta ad liberorum procreationem cor-  
pora conciliare inter se & copulare, simulque posse in-  
ter noscere, qui sint infœcundi viri, & quæ mulieres ste-  
riles. Quoquo autem modo se se res habeat cum pro-  
portione temperaturæ seminum, satis certe intricatæ  
c dubiæ, nihilo tamen minus hoc pro certissimo ha-



bent omnes, quod personarum, in se minime infœcundarum, conjugia sæpissime soleant esse sterilia.

3. Difficile hoc fuerit Græffio vel admittere, vel explicare per suam de conceptione conceptam hypothesein; Cum enim fœminas nihil activi feminis ad istam conferre statuat, pati natas; mirum esse si quidem id verum fuerit, cur fœmina sana, prolis cupida, ex marito vegeto semper non concipiat? & eadem, sub eadem valetudinis ratione, in altero conjugio felicissime imprægnetur? frustra culpam semper conjicies in defunctum maritum, nam & hic viri officio in priori conjugio, multa prole fœcundo, debere defunctus fuerat; frustra quoque illius uterum, viscidis humoribus obstructum, quem aura feminalis penetrare nequeat, accusaveris, cum probabile non decem annorum labem citra opem medicam aliquo mensium spatio, quos vidua exegerat, personatam esse. Quare non conjugis ullius vitio singulari, sed conjugii utriusque communi culpa, sterilitatem prior huic vel illi accidisse, vere dixeris; qua vero de causa, ex iis, quæ de usu vesicularum sequioris sexus seminum ex parte diximus, quadantenus poterit judicari, modo simul attendatur ad temperamentorum diversitatem aut indolem in re venerea singularem aliquibus propriam, ex quibus varietas concursus feminalis citius opus generationis dependet, etiam in sanis, & per se fecundis.

3. Quod autem speciatim ad aliam minus quod morbosam sterilitatem fœminarum attinet, uti de morbo quodam notissimum est, quod fluxum album muliebrem sæpe insequatur, non secus ac in sexu viri gonorrhœa etiam simplex diuturna & copiosa sterilitatem



viros reddere ; ita quid Hippocratis aphorismus II. libri V. de uteris præ humidis sibi velit, non adeo et. Dicuntur mulieres, quæ præ humidos habent uterum propterea non concipere, quod in ipsis genitura ex-  
uat : loquitur eo loco Hippocrates non de fluxu  
quo morboſo, albo , licet & ſub hoc leviori malo con-  
ant ; ſed de exceſſu quodam humiditatis ex ratione  
peramenti, totius vel partis. Conſtat autem per ob-  
ationes recentiorum , de vaccis & equabus v. g.  
d, quo tempore imprægnari geſtiunt, inſignem hu-  
is copiam intra uterum colligant, genituram mi-  
e extinguentem, ſed recipientem potius eam, ac de-  
ntem, ſeu involventem, uti cauſantur ; Conſtat etiam  
phlegmaticis, quod viris, juxta Galenum, calido tem-  
mento præditis, junctæ, omnino concipiant : Inte-  
de veritate dicti Hippocratici nihil addubitando, ve-  
nile eſt, eas præ nimia uteri humiditate ſteriles eſſe  
andas, quibus in veſiculas & circa cervicem uteri  
ma colligitur nimis aquoſum, effœtum, & inſœcun-  
n, quacunque demum ex cauſa id eveniat.

4. Quæ, nuper ſœcundæ , nimis impingueſcendo,  
per ipſam ætatis rationem, ſterileſcunt, materiali  
femine minime privantur, ſed retinent omnino  
tina ſua ovula, omnibus ad generationem requiſi-  
(carina, quam vocat Malpighius, & alimonia qua-  
i,) inſtructa ; colligunt etiam ſperma aliquod intra  
culas ſuas feminales, ad minimum per aliquod tem-  
, ſed nimis humidum, minus activum, aquoſum &  
ecundum ; idque propterea, quod impingueſcentes  
dem omnem activitatem vitalem ſtructuriam, eo  
pore vigentem, in proprium corpus impendant ; per  
tem vero ſterileſcentes, eandem, ſeptimo ſeptenna-



rio transacto, amittere soleant ordinarie; de quo v. Excell. Dn. Stahlī Progr. de sterilit. fæmin. p. ætat. p. hanc igitur, non quamcunque uteri, humiditalem f. gidam steriles quasdam esse, etiam absque morbo fac concedere possumus Hippocrati.

5. Per eandem quoque contingere videtur, quædam præter ætatis & valetudinis reliquæ ratione sextum illum Scaligeri sensum, venereum, perdant; cuti eum feminis copiam & æstum in salacitatem enim intendere, dicitur a veteribus. Consentiunt de eadem salacitatis causa in viris hodie; sed, qui recentiorum fæminas non nisi pati natas credunt cum Sene si & in his Messalina quædam lasciviat, feminis nullæ sed solius phantasiæ corruptæ, aut sanguinis forsan exstuantis, stimulos tali vitio subesse prætendunt; non autem non aberrare videntur, qui & phantasiæ & feminis muliebris stimulos pro salacitate incitanda æque in viris, concurrere volunt; est etiam mutuus utriusque consensus, phantasiæ in semen exstimulandum hujus in illam, etiam sub somno nihil tale cogitantibus excitandam: at, sicuti feminis orgasmus à phantasiâ inductus, hac quiescente, aut ad seria descendente, citius iterum sedatur; ita libido per semen exstimulata tantum abest, ut a ratione compescatur, ut potius hæc in furorem & insaniam exagitet, si limites transiliet.

6. Videlicet semen copia vel æstu excedens, citius in corpore retentum, non solum ad venerem stimulat; sed &, cum tot annos in vesiculis vix contineatur, verum probabilissime intra vasa denuo regurgit non parum in motus atque ideas perturbandas potest supra jam monuimus ex Theor. Excell. D. Stahlī. c. c. senserit forsan Græffius in hanc amoris insani causam.



sexu virili, quem femine activo abundare concedit, quiores autem penitus destitutum esse contendit, atque ideo furoris uterini causam in solam phantasiā, solo amoris affectu pertinaci turbatam potius, conjecerit; at, si perpendamus, amorem cum femine nasci, geri, fervere, frigere, imminui ac perdi, idque in utroque sexu, tum secundum, tam præter naturam; ac si in Veterum therapiam istius mali specialissime ad feminis copiosi, aut æstuosi nimis excretionem, vel mitigationem, diminutionem &c. directam conferamus; probabile videbitur, quod similis mali similis causa si in utroque sexu constituenda.

7. Convulsivos affectus mulierum, epilepsiam & suffocationem uterinam, non a solo sanguine, sed & a femine diutius retento, hinc venis ex parte reddito, extari quoque, varia sunt, quæ persuadent: accidunt enim frequentius viduis, quam conjugatis; junioribus cæcis plenis, præ vetulis, & ex succis, illisque etiam rimenstruatis; finiuntur sæpe cum aliqua excretionemermatica, & quæ tali affectu sunt expositæ, uti cito imprægnantur, ita post imprægnationem eodem non aucto tentantur; harum exempla videre passim est apud auctores observationum medicarum, nec raro in Praxi currunt, qualia & nobis visa sunt, de abundantia feminis, cujus excretionem paroxysmi semper terminabantur, abunde testantia.

8. Pollutionem feminis quoque evenientium supra diximus mentionem, Galenus l. 2. de fem. testatur, feminas feminis effusiones per somnum similiter ac masculis pati; quod & Hippocrates affirmat libr. 2. de morb. mulier. Contingunt semper fere sub somno, raro interdiu, cujus tamen exemplum Forrestus ex Leonello



nello de rustico juvene refert. Simile quid, sed magis morbose, Virgini Vestali accidisse Jac. Horstius Auctor est, in Epist. ad Barthol. quæ est Epistolarum Medicina XXXIX. Centur III. Decimo quinto ætatis suæ anno (verba sunt referentis) menstruis paucis, tardis & dolorificis, cœperat purgari Virgo ista, quæ ætatis suæ anno vigesimo suppressa sunt; aperientibus, menses moventibus, & pessariis ipsam juvare Medici conati sunt, irritum conatu, & a dicta menstruorum cessatione, aut medicamentorum calidiuscalorum usu, suborta est satyriasis, qua ab eo tempore ad hodiernum diem, (scilicet a 16 annis) & pollutionibus circiter centum singulis diebus naturalibus, torquetur; illas spasmi, alienatio mentis & angustia prorsus incredibilis concomitantur, &c. hic affectus quam causam quamque sedem habuerit, & quo modo usum vesicularum feminalium comprobet, quis vis facile viderit.

9. Fluor albus duplex est a duplici causa materialis quæ per uterum excernitur; alius est quasi rheumaticus, secundum veteres, quo pravi humores ex massa humorum universa evacuantur; alius est spermaticus, quod semen sincerum per intervalla, citius tamen & majorum virium detrimento, quam in illo, profunditur hanc cum simplici virorum gonorrhœa convenire dixerunt veteres, nosque facile habent consentientes, quod particularem hunc fluorem pro genuina gonorrhœa mulierum habemus, confirmati in ea opinione per observationem, quæ, ni fallit memoria, in Zodiac. Medic. Gall. legitur notatu digna de virgine quadam, diuturnæ & ad mortem usque perdurante, fluxu albo correpta, in cujus utero dissecto vascula, liquore spermatico tumida, & admodum conspicua, apparuerunt. Pati & mulie



mulieres tum ex impuro coitu, tum ex nefaria feminis orgascentis suppressione, gonorrhœam virulentam, luei venereæ alias præludentem, persuasi sumus, tamque & viros ex vino ebrios, ob semen sub coitu viro orgascentis non emissum, gonorrhœam, intra triduum purulentam, passos esse, experientia docuit; an ex hac gonorrhœa ipsam lueem contraxerint, licet probabile videatur, nondum tamen, quantum scimus, observationum fide comprobatum est, atque ideo circa hoc problema nihil certi determinamus.

10. De mola verbum injiciemus. Quæri solet inter doctores Medicos, an molæ conceptio absque virili concessu sit possibilis nec ne? Respondent ad hanc questionem varie: Hippocrates feminis virilis debilitatem vel absolutam, morbosam, vel respectivam, copiosæ generationis materiæ rite efformandæ minus sufficientem, accusat; Cum eo sentit Galenus, neminem, inquit, videri mulierem unquam sine viro vel molam, vel eammodi quippiam concepisse; quamvis de feminis viri-concursu dissentire, aut sibi non satis constare videatur, cum alibi molarum conceptionis causam femineo mini, utpote frigidiori, ac minus activo tribuat, nec virum suo semine, sed solo congressu, sperma femineum polliciendo, concurrere dicat; Aliis videtur, ex solo sanguine menstruo retento concrementum tale fieri posse maxime post abortum. Ceterum omnes, quæ morum gestant, viros passas esse, contendunt, mitius tamen de viduis sentiunt aliqui, quam de Virginibus.

11. Sed, absque viro, molas, tum ex secundinarum generationis relictæ incremento, tum ex menstrui sanguinis retenti concremento, tum ex spermate mulieris materiali quomodocunque in uterum devoluto,



26 **DISP. INAUG. DE VESICULIS MULIER. SEMINAT.**  
generari posse, pro certo habemus; an & sine viro concipi queant, magis forsan addubitandum esset; Sentimus tamen cum iis, quibus probabile videtur, posse & citra viri usum molæ conceptionem fieri, a semine feminarum, activo quidem, licet in se minus fecundo. Interim eorum sententiæ minime subscribimus, qui mulierem sine viro verum fœtum per somnium, & fortior impressionem phantasticam, concipere, alere ac debite formare posse, suo olim iudicio confirmasse dicuntur; Sicuti enim nec virile semen sine muliebri, ita nec hoc sine illo, fecundum, licet utrumque activum, nobis videtur.

12. Et hæc quidem hætenus de vesiculis mulierum seminalibus, de quibus plura quidem dici potuissent, nisi fuisset animus, rem hanc problematice magis, quam definitive pertractare; sufficiant igitur ista, quæ curis posterioribus vel confirmabuntur, vel emendabuntur.

13. Quod reliquum est, Deo T. O. M. summas ago habeoque gratias, pro gratia, qua mihi per tempora studiorum meorum in hunc usque diem clementissimè adesse voluit; Eumque supplex adoro, ut & in posterum me meaque studia & opera, pro Sua inextinguita Benignitate, curæ cordique habere velit.

